



De
Scholarum,
Saxonicarum præsertim

H Y E M E

VII, differit,
qui

VERNALIA Annææ Scholæ

solennia,

*discessumque ab illa IV, discipulorum
hoc, quem receptum jam olim
novimus, more
indicit*

M. Christianus Augustus Freyberg,
Rector.

D R E S D Æ,

IOH. CONR. STOESELII, Typ. Aul. Vidua impressit.



AD exitum perducere inchoata, & *Bibliotheca Stolpensis cineres* relinquere me sapius conantem deterruit pudor quidam pene intempestivus, ne forte post multorum annorum (1) moras festinationis nunc demum plena mea videri posset oratio, comitesque velocitatis nimiae, negligentiam, oblivionem, errorem, poenitentiam una inducat. Intempestivus inquam, pene pudor; nam sat omnino prata jam biberant, quae insipientis & stupidae aetatis proferre volueram testimonia, protuleram complura, quae spargere sufficebat, cumulaveram, quae significasse per apices, descripseram pleraque, ipsam imo transilieram quandoque metam, per *μετάβασις* scilicet in XVI. seculi limites de industria factam, *hjememque sic scholarum ἐπὶ τῆς γῆς* omnium *ex tanto nugarum in sola mea patria apparatus & supellestiles horrida* ostenderam. Quid multa? Ad finem deducere poteram hoc genus scripturae, & a *librorum titulis* transire ad reliqua, quae gravia & multa supersunt: Sed simul jam cernebam animo, si uno in argumento, unoque in loco mens mea tota manusque adhuc versaretur longius & latius, quanto omnia uberiora atque vel luce clariora sint futura. Quum igitur *lustratione Stolpensis Bibliothecae aliquoties repetita* nonnullos tamen praeterierim, qui dudum jam nominandi & evocandi erant, post velamenta autem vel forulos laterant, agmen agite sane claudant nunc saltem & ultimi stent, qui antesignani etiam esse debebant. *Itaque non prima quam latera, non latera nobiliora erunt, quam terga, nec terga, quam principia.* His ita ordinatis procedant ex umbraculis *recensio publicae residui scriptores consuetudine ea, qua tum res gerebantur, illustres, ad nostram leves & plerique omnes contemnendi.* Sequentes vero erunt:

Liber sententiarum *Magistri Petri Lombardi* (2) cum conclusionibus *Magistri Henrici Gorichem*, (3) sacrarum Litterarum interpretis eximii, ac subtilissimis *S. Thoma* Problematicis, additis insuper quibusdam *Articulis in certis Facultatibus erroneis, & in Fide Catholica suspectis Parisius* doctrinaliter & autoritative à Catholicis tractatoribus *condemnatis.*

Locus annusque libri natalis adiectus haud erat, quae nunc in conspectum venit, *editio utrumque habebat.*

Textus Sententiarum cum Conclusionibus & partitione textus *Henrici Gorichem.*

§ cum Expositionibus *Egidii de Roma:* & in quasdā *Hilarii* difficiliore propositiones.

§ cum

- (1) A. 1726. *Lib. Nob.* operta jam B. Stolpenf. recludere ccepi. v. *Progr.* II, p. 10.
 (2) Parisiensis Episcopi, Sec. XII. *Lambertus Daneus* hat gemeint, wenn *Lombardus* zu geschweiberen Zeiten gelebt hätte, so würde etwas aus ihm zu machen gewesen seyn.
 (3) Er heist sonst auch *Gorcomius*, und zwar nach der Stadt *Gorcum* in Holland, hat im XV. Sec. geschrieben, zu Cölln die Würde eines *Vice-Cancellarii* getragen. Von seinen Büchern findet man in *Olearii* und *Königii Bibliothecis* &c. Nachricht.

- § cum Additionibus *Henrici de Vurimaria* (4) antea non visis, diligentique examinatione textui de novo appositis.
 § cum erroribus quibusdam *Parrhisii* revocatis.
 § cum Articulorum specificatione in quibus *Magister ut communiter non tenetur.*
 § cum *Registro & Indice* singularium sententiarum atque propositionum sparsim excerptarum.

§ cum Textus atque omnium contentorum *lucidiori expuntatione*: Canonum rursus, auctorum & *Biblie* *q̄sotis* studiosiori revisione.

Ex officina (5) *Providi Nicolai Kessler Civis Basfl.* A. S. 1507.

Scorsum quoque *ab his Voluminibus* in *Bibliotheca patria* conspiciantur absque die & consule, *Varii* (6) *Articuli Parisius* studiose *condemnari.* Et in quibus *Magister in sententiis non tenetur.* Item

Epithomata super quattuor libris *sententiarum*, Impressa *Lipzæ* per *Baccalareum Wolfgangum Monacensem*, A. D. 1514.

Petri de Aquila Epitome in IV. *Sentent.* Libros. *Elogium* hujus scriptoris haud spernendum a *calce operis* repetam.

Si tibi corde *sedet excelsas* noscere *causas*,

Si tibi corde tuo pagina *sacra* *feder.*

Si vis *subtile apices* decerpere *Schoti*,

Hoc *Aq̄bile Petri* *volvito diBes opus.*

Qui *solat* in *summis* *Aq̄silam*, *precor*, *arripe* *causis*,

Qui *studuit* *Schoti* (7) *maxima scripta* *sequi.*

Sive *arguta* *placent* tibi *vincula* *Philosophorum*,

Seu forsan *populam* *voce* *monere* *putas.*

Cujus *lyna* *frequens* *mendas* *abjecit* *iniquas*,

Hoc *legito plenum* *laudis* & *artis opus.*

Hunc *studiose* tibi *gaudet* *cudivisse* *libellum*,

Spirensis *civis* *Drach* *Petrus* *arte* *sua.* (8)

Divi Marsilii Inghen *Doctoris clarissimi* in 4. *sententiarum* *libros* *Opus* (9) *præclarum*, *summi Dei* *munere* *gratiolo* *sic* *reductum* *in* *lucem*, *ex officina* *Martini Flach*, *Junioris Civis* *Argentini.* A. 1501. *Laus* *Deo* *cæli*, *Domino* *que* *terra.*

G 2

§ 12

- (4) *Olearius* hat dafür *Urimaria*, B. Script. Eccl. T. I. p. 327. Es bedeutet *Frimaria*, ein ziemlich großes Dorff bey *Gorba*, welches auch des *Jenischen* *Poeten*, *Johannis Stigelii*, und des *Sächsischen* *Antiquarii*, *Marci Wagneri*, f. *Frimarionis* *Vater*-*Land* ist. Unser *Henricus* lebte *Sec. XIV.* als ein *Augustiner* und *Parisischer* *Theologus*.
- (5) Diese Edition habe ich bey *Herrn Oleario* nicht gefunden.
- (6) Es sind ihrer *XXVI.*
- (7) Daber mag sein *Zunahme* *Scotellus* *kommen.* Er war aber ein *Baccalareus Parisinus*, *Ordinis Minorum*, *Olear.* T. II p. 74.
- (8) *Herr Olearius* giebt a. 1480. an, l. c. *König*. *gedenckt*, einer *neuern* *Pariser* *Ausgabe*, de a. 1585. v. B. *Vet.* & *N.* p. 51.
- (9) *Voran* *stund* *hincin* *geschrieben*: *A Bernhardo de Liptzk.*

§ *In Marfilium.*

Quam superat Phœbus radiantia sidera cœli,
Ut cedunt magno flumina parva mari,
Tantum *Marfilius* Sophiæ præcellit honore,
Heidelbergensis lux & origo Scholæ.

§ § *Inspice Marfilium* quid scripserit: En ego *Vates*
Sum tibi, quod fructu non vacat iste liber.

Hic *titulus* statim, seu *frons prima libri* illecebris attrahere emtores debuerat: at longe dulciora lectori ipsa canebat *præfatio*, quam, quia *bona* (10) *mixta malis* continet, vel *integram* superaddo. § *Ad Lectorem.* *Marfilius de Inghen, Trajectens. diœces. summus* tum *philosophus*, tum *theologus*, primus & fidelissimus *Heidelbergens. Gymnasii plantator* inter reliquas suas lucubrationes, quas in philosophicis sacrisque litteris plurimas edidit, in 4. *etiam sententiarum libros* nobilissimas quæstiones præscripsit, in quibus constat, non solum *antiquissimos* ecclesiæ doctores eum imitatum esse, sed etiam *modernos*, sc. *Divum Thomam, Bonaventuram, Egidium, Scotum, Thomam de Argentina* & cæteros eum non neglexisse, sed sedulo lectitasse. In his profecto *quæstionibus absque inculcatione & intricata involutaque & tortuosa obscuritate, plane, distincte, formaliterque* videbitur processisse, adeo ut ad intelligendos etiam *sepe priores, quos nominavimus*, non parum præstiturus sit adjumenti. *Quantæ ubertatis, quantæ claritudinis, quantæ magnificentiæ* scripta hæc *Marfilii* dijudicanda sint, liquido comprobari potest ex ornatisimisque copiosissimisque orationibus, quas olim gravissimus & sapientissimus s. litterarum Professor, *Pallas Spangel, dum Vice-Cancellarium Heidelberg.* Universitatis gereret, in laudem & gloriam *Marfilii* fecerat, dum in *disciplinis liberalibus licentiam* ex officio impertiret. Assimilabat quippe *Marfilium Soli summo Planeta*, themate hoc usus: *Ortus est sol.* Nec quicquam laudis, quod *maximo vel Philosopho vel Theologo* tribui potest, tum omisit, quod non crederet *Marfilio* vere (absque assentatione) esse ascribendum, quod præcipue aliorum scripta sæcundissimis resolutissimisque suis explanationibus *Marfilius* nedum æquare, sed & (sicut sol astra) excellere videretur. Adde quod *non gelide scripsit, sed devote & affectuose, utpote qui inflammatum habuit affectum.* *Mundiciam* quoque & *puritatem* inter scribendum servavit, ut in *materia de Christi Conceptione* clare videbis: *Humilem et sincerum* eum fuisse in religiosos Ordinum Patres plane cognosces. *Qualis autem in vita & moribus fuerit Marfilius, docet Oratio funebris* in Ejus exequiis habita, in qua hæc verba interferuntur: *Noster* laude dignus ac *Venerabilis Marfilius bonam vitam celeriter inchoavit,*

(10) Zum wenigsten findet man einige berühmte Namen darinnen, auch Dinge, die zu *Marfilii* Leben gehören.

vit, inchoatam fideliter continuavit, continuatam feliciter consummavit. In operibus misericordiae indigentibus paratus: Regulariter non cenavit: *Sex-tis feriis* & magnis festivitatum vigiliis in pane & aqua jejunavit, Cilicio carnem castigans: In *agritudine finali* nunquam impatientiae verbum emisit, ac voluntatem suam plene divinae subiecit, & cum bona ratione semper invocato Dei nomine decessit: Vix hora & dimidia ante finem suum sacram eu-charistiam ex toto corde desideravit. Amate ergo & colite *Divum Marsilium* o Vos *Philosophiae & Theologiae studiosi sectatores*: Legite Ejus Opera exactissima Vos imprimis *Heidelbergenses*, quum *Dux, Pater, Origo, Columen & Auctor* vester fuit: *Ipsè quidem laboravit, & vos in labores suos introistis*. Legitote & vos *Parisienses Marsilium*, quum nobilissimae *Academiae vestrae dulcis alumnus fuit*. Legitote & vos *Agrippini*, quum in urbe vestra *Canonicus & thesaurarius fuit*. Legitote vos *Viennenses*, quia vestri *Buridanus* (II) *maximi Philosophi contemporaneus & amicus fuit*. Legitote vos omnes *Germani*, quia *Germanus fuit*. Legitote vos denique *religiosi Patres*, quia *religionum singularis cultor fuit & amator*.

§ § Suppleat laudes τὸ λωπὸν & consummet praefationi conjuncta

Laudabilis Marsilii inflexio per sex casus

Johannis de Arundineto.

Dicite: *Marsilius* patrio letatur Olympo,

Dicite: *Marsilii* nomen in Orbe viget.

Dicite: *Marsilio* praen juvenesque senesque,

Dicite: *Marsilium* laus super astra decet.

Dicite: *Marsili* felix age, vive, triumpha,

Dicite: *Marsilio* pellitur error ingens. (12)

Celebratissimi Patris Domini *Bonaventurae*, ordinis Minorum, artis divinae summi Discusforis, Sublimitatis Theologicae Interpretis eximii, & Apostolicae sedis Episcopi Cardinalis Perlustratio in *primum Lib. sententiarum*.

§ cum Tabula *Johannis Beckenhauß*, Moguntini, in scripta *D. Bonav. cum textu sententiarum* &c. seu, Tabula super *libros sententiarum cum Bonaventura*, quo caractere signabatur in alia, quae mox sequitur, editione, p. 46.

Perlustratio *S. Bonavent.* in arcana *Secundi Libri sententiarum*.

Perlustratio f. Elucidatio *S. Bonav.* in arcana *Tertii Lib. Sentent.*

Perlustratio - - in arcana *Quarti* &c.

Vetustissimi erant codices, sed anno locoque impressionis carentes. Com-

mentar. *Bonaventurae* in IV. *Sententiarum Libros Novimb* 1491. f. Tom. II.

divulgatorum meminit *Olear. Biblioth. Script. eccles.* T. I. p. 142. Forsan hi

G 3

nostri

(11) Er war von *Bezbune* aus der *Grafsch. Artois*, und hieß *Johannes*. *Aristotelis Logicam* und *Erbicam* hat er ausgeleget, und sonder Zweifel zu *Vienne* in *Frankreich* sich hören lassen. Er und *Marsilius* florirten noch ihrer Art zu Ende Sec. XIV. *Notum* etiam in Scholis de *Buridano* a quo proverbium, *König. l. c. p. 144.*

(12) *Potestas Poetae quilibet audenti.*

noſtri ejuſdem fuere ætatis. *Stolpenſis* inſuper *Bibliotheca* duas priores *Bonavent. partes*, in *ὁὶδα πὸθ'εῦ*, nam indicio de ſe ipſæ haud erant, alias habebat, hoc conſpicuas titulo adhuc in *Muſeo* meo:

§ *Tabula ſuper libros Sententiarum* cum *Bonaventura*, vid. p. 45.

Prima pars diſputata Sancti *Bonaventure* in primum librum *Sententiarum* comprehendens.

Secunda pars diſputata in ſecundum &c.

Reverendiſſimi in Chriſto *parris* ac Domini, Domini *Antonini, Archi Episc. Florentini*, olim ſacri *Pallacii* Aplici *Cauſarum* auditoris, de ordine *predicatorum* &c.

Prima Pars Summe (13) §. Cum prefixo *Repertorio quintuplici* totius *ſumme*, compilato per Dominum *Joh. Molitoris*.

Secunda Pars Summe.

Tertia Pars &c.

Quarta Pars §. Opus hoc conſummatum *Baſilee* per *Magiſtros Joannes Amorbachium, Petri & Froben. Collegas* A. D. 1511.

Quam emortualem *Antonini* diem *Bellarminus, Cave, Kœnigius, Olearius* &c. prætermittant, & hunc & *epitaphium* ejus exhibeo, ut ex *ſumma* olim utrumque deſcripſi. §. Obiit *Antoninus* ao. 1459. in *vigilia aſcenſionis* Domini, 2. die *Maji*, miraculis clarens.

Epitaph. Hic eſt ille tuus paſtor, *Florentia*, pro quo
Non ceſſas mœſto ſpargere rore genas.

Patribus haud priſcis pietate *Antoninus* impar,

Qui ſcripſit, quicquid littera ſacra docet.

Repertorii mentio ſupra jam facta eſt ad partem ſcilicet *ſumme* primam: nunc *idem* ἐν *μοεφῆ* ἄλλῃ producam, & faciem ejus ſtatim computaſſe annos monebo. Hanc autem præ ſe ferebat ἐπιγραφήν.

Tabula ſuper totam *ſummam* Venerabilis Domini *Antonini directiva*, per Dominum *Johannem Molitoris* ordinis *predicatorum conventus Coloniensis* fratrem compilata anno 1490.

Excellentiſſimi atque profundiſſimi humanarum divinarumque litterarum Doctōris, Fratris *Steffani Brulefer*, (14) Ordinis Minorum *charitate igniti*, (†) *Reportata* clariffima in IV. *S. Bonaventure* Doctōris *Seraphici ſententiarum* libros, *Scoti ſubtilis ſecundi*, comportata quidem *Meris* (15) *Gallie*, impreſſa vero per *Magiſtrum Jacobum de Pfortzheim, civem Baſtlienſem*. A. 1501.

(13) *ſemeſa* & *lacera*. Doch war hier folgendes noch geſchrieben zu ſehen: Partem primam illam *Antonini* cum ceteris tribus partibus comparabam a Rever. Domino Domino *Joanne a Maltitz, Episc. Miſnenſi*. A. 1541.

Mathews W. (i. e. *Weyß*, ein *Official* zu *Stolpen*.)

(14) An dem Mann war noch was Gutes: Er widerſetzte ſich den neuen Glaubens-
Artickeln, und widerlegte die Verdienſte der Werke. v. *Miral, Synt. H. Eccles.* p. 505.
Petri von Höke Habak. p. 201. ſq.

(†) Venerandi Patris Ordinis divi *Francisci de Observantia*, in Theologia magistri &c. Theologie Professoris Scotici alme Universitatis *Parisiensis* &c. Nam sic quoque inscriptum inveni illum in *Repartitis his admodum subtilissimis*.

Summa Linconicnsis super octo libris *Physicorum*. vel, *Divi Roberti Linconicnsis* super 8. libris *physicorum* brevis & utilis summa. *Expositio sancti Thome* super libros *Phys. Aristotelis*.

§ In fine libri hæc legebantur: Explicunt preclarissima *Commentaria D. Thome Aquinatis* Ord. *Predicatorum*, *Aristotelis* fideissimi *Commentatoris* in 8. *Lib. Physic.* correctioni cum ipsis textibus quam diligentissime tradita, summoque studio singulariter ordinata per *Fraterem Theophilum Cremonensem*, vite regularis ejusdem ordinis *Professorem*. Impressa v. in inclita *Venetiarum* urbe per *Petrum Bergomensem* de *Pharengiis*, A. 1500. die vero 22. Aprilis.

Expositio Domini Egidii Romani, super libros de *Anima* cum textu, (scil. *Aristotelis*.)

Questio de materia Celi contra *Averroim*.

De intellectu possibili *questio aurea* contra *Averroim*.

Tractatus de gradibus formarum.

Venetis, impensis Domini *Andree Torresani de Asula*, per *Simonem de Luere* 1500. 18. Aprilis.

Liber *Physionomic*, quem compilavit *Magister Michael Scorus* ad preces *D. Federici Imperatoris*.

Nondum omnem, quam volui, *veterum nugivendorum Stolpene a. 1723. exustorum* familiam enumeravi, non tempore, sed spatio chartæ, quod liquido apparet, exclusus; nam alia adhuc dicenda restant, propter quæ seripcionis sane hujus initium feci, & orationis filium huc usque perduxi: *Prenuntiandum omnino erit de trium discipulorum discessu*, ac digna *Academica vita cum presenti commutatione*, quam non *præcoci & præcipiti consilio*, cui ratio inest aut nulla *prorsus aut propostera*, ut multi, sed, quo se conferant, prudenter *considerantes*, diuque ante secum in animis *versantes* ac probe *gnari*, quid *ferre recusent*, quid *valeant humeri*, post jacta *studiose & feliciter* apud *Anna nostra aram focumque* ingenuarum artium & elegantium literarum fundamenta, diligentiamque *nibi Præceptoris*, atque, si *duos* familiariter spectem, *Parenti alteri*, multum longumque probatam, susceperunt. *Lippiam* omnes petent, *primus & tertius Theologia studio ducti, medius inter hos* *Lus*, quod apud omnes gentes sanctum esse debet, culturus. Recensebo nunc singulo-

(15) *Rehmlich*, was das 2. 3. und 4 Buch anbelangt; Denn von dem 1 Buch steht am Ende folgende Nachricht. *Reportata* longe clarissima in S. *Bonaventure Primum Sententiarum* Anno Domini 1490. in beatorum *Petri & Pauli Apostolorum Vigilia* fini quam felicissime data sunt, ad pedes quoque Reverendi Magistri *Stephani Brulefer* S. Theologie Professoris eximii, nec non *conventus fratrum minorum de Observantia in Moguntia nobilis Alemanie aurea Lectoris* ac *studii Directoris dignissimi* *semportata & conscripta* &c.

gulorum nomina, & res apud nos ultimo, ut honestum, æquum est & laudabile, gerendas.

GEORGIUS Gottlieb Haubold, Dresdensis,

Viri prisca pietate ac fide eximii, B. Domini *Georgii Hauboldi*, armamentario regie hujus amplissimo quondam *presecti* filius, alienam esse posse vitam nobis magistram, meditatione triplici prima *juventutis*, ætatis deinde *virilis & extreme* tandem *voce latina* locutus de- clarabit.

GODOFREDUS AUGUSTUS HOMILIUS, Rosenthal. Misn.

Choriquæ nostri Musici ud ultimum Præf. qui ipse hic non minore in arte illa nobili fuit gloria, quam *Damon* aut *Lamprus*, quorum pervulgata olim erant nomina, B. autem Domini *Godofredi Abrahami Homilii*, Eccles. *Porschendorp. & Lieberthal*, in *Pirnersi* sacra *diacepsi* Pastoris, inculpati sacerdotis, *σάφρονος, διδασκικῆς*, at *βραχυβῆς* natus super- stes unicus, *facienda esse sola, quæ profint*, sermone etiam latino monebit.

JOHANNES WILHELMUS Rappstuber, Dresd.

Præcentori adhuc *adjunctus*, probis quoque & honestis parentibus ortus, *Vitam ratione gu- bernantes græca lingua* breviter describet, *suoque & sodalis Homilii* nomine, quocum una *civium nostrorum beneficiis* usus est, *carmine vernaculo* gratum maxime & memorem ani- mum ostendet. Præeuntibus his, *Προγαμένους πάντας κοινή καὶ δημοσία τιμήσασι,* τὴν ἀδελφότητα ἀγαπᾶσι,

JOHANNES MICHAEL Mählich, Dresd.

gratulabitur, vereque gratulabitur de *bona*, qua nihil habendum carius, *existimatione*, de ac- quisita haud mediocri *rerum* maxime *necessariorum scientia*, de superatis multo sudore *vi- giliisque multis principii*, quod omne gravius esse solet, & *tyrocinii* injucundi non raro *mo- lestiis*, de *spe*, quæ affulgere nunc cœperit propius, *optima*, de *missione* data honorifice, de fe- lici *egressu*, feliciore quondam *reditu*: quumque unum *præ cunctis animalibus hominem plus esse timendum* secundum *Veterum sapientiam* palam prius demonstraverit, ut, quod ad perni- ciam ipsorum cogitatum forsan nonnunquam fuerit, id ad salutem Deus totum conver- tat, orabit, optabit. *Idem* quoque

JOHANNIS GOTTLOB KORPISCHII nostri, Ebersdorffensis, (16)

abitum ac proposito conveniens, ad quod nuper admodum admittis est, *officium sociali voto*, amicitie non dissolvendæ *tessera*, *fronde & flore* recenti hoc vere coronabit *epico* pœ- mate ubivis adhibito. Nos, qui *absentem hunc* bene jam valere *privatim & festinanter* neces- sitate coacti iustissimus, *tres illos presentes* eximia spe, liberalis ingenii, summæ virtutis *juvenes acclamatione* nunc *publica* comitamur, & ut omnia eis cedant prospere nihil rerum suarum sine *divino auspicio* agentibus, à Deo precamur immortali: PATRONOS autem, FAUTORES atque AMICOS Scholæ *propitios, placidos, sinceros* oramus & obsecramus, ut *cras, hora IX, audita*, paratis ad *prodeundum Rhetoribus adolescentibus, intersint, audiant, applaudant, ignoscant*.

Nihil est, cum omnia ab Ipsis expectemus, quod nobis gratius facere possint. Scrib. IV. D. MAL. A. MDCCXXXV.


(16) Patre Da. Jo. Christiano, Ludimagistro sicut hujus, probo ac prudenti Viro, geniti, ex *Chem- nicensi* Schola in Annæam, *Chorumque* una *focalem* X. D. Jul. a. MDCCXXVIII, translatis, ab Illustri autem Heroe ac Domino HANNIBALE AUGUSTO, L. B. a SCHMER- ZING &c. *Martio mense anni* cum ætate nostra *currensis* in sede Cantoris ac *Ludimo- deratoris Calbitiensium, Ostiæ urbis* vicinorum, id quod insignite gaudemus, collocati.

Pon No 615
vol 18

ULB Halle
002 693 135

3







De
Scholarum,
Saxonicarum præsertim

H Y E M E

VII. differit,
qui

VERNALIA Annæ Scholæ

solennia,

*discessumque ab illa IV. discipulorum
hoc, quem receptum jam olim
novimus, more
indicit*

M. Christianus Augustus Freyberg,
Rector.

D R E S D Æ,

IOH. CONR. STOESELII, Typ. Aul. Vidua impressit.

14

